Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

tamquā nonpossidentes. & qui utuntur hoc mundo tamquā
non utantur. ut uidelicet sic nobis que subpetunt eterni
seruiant. quatenus asuperne delectationis studio animum
non inflectant. Hec luctum nobis interne peregrinationis
temperent ea que in exilio positis subsidium prebent. & qua
si felices nos intransitoris gaudeamus. qui ab eternis nos in
terim miseros cernimus. Hinc namq; ē qd electorū uoce
dicit ecclesia. Leua eius sub capite meo. & dextera illius
amplexabit me. Sinistrā di prosperitatē uidelicet unc
psentis quasi sub capite posuit. quā intentione summi
amoris premit. Dextera uero di eam amplectit. quia sub
eterna eius beatitudine tota deuotione continetur. Hinc
rursum psalmonē dicit. Longitudo dierum in dextera
eius. In sinistra uero illius diuitie & gloria. Diuitie itaq;
& gloria qualiter sint habenda docuit. que posita in sini
stra memorauit. Hinc psalmista ait. Saluum me fac
dextera tua. Neq; enim ait manus sed dextera. ut uideli
cet cum dexterā diceret. quia eternā salutē quereret
indicaret. Hinc rursum scriptū est. Dextera manus tua
dne confregit inimicos. Hostes enim di in sinistra eius
pficium. dextera frangunt. Quia plerumq; prauos uita
presens eleuat. sed aduentus eterne beatitudinis damp
nat. Admonendi sunt qui in hoc mundo psperantur.
ut solliciter considerent qd psentis uite psperitas ali